eiusq[ue] Inscriptio[n]is roborationis, Processus, Decreta quibus vis Bannitiones earumq[ue] pu-
blicationes in toto et tota Cassat mortificat et annihilat Sibi suisq[ue] posteris ratione
Quitationis omnium perpetuum imponendo silentium.

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda intra Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini. 16/VI

Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

Swosz Zakrzewskiemu Cedit 452

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis
Jacobus Swosz Sanus mente et corpore exiens a Terrestribus dictis Iuribus Iurisdictionibusq[ue]
suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi
Iurisditioni quoad actum hunc attinet seu successoribus ac bonis suis selis omnibus totaliter
et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit,
Quia ipse de omni et integro iure suo ninimo de Causa et actione per Generosam He-
dwigim de Swiecica Generosi olim Joannis Bobowski Consortem relictam Generoso
Georgio Humnicki olim Generosi Stephani Humnicki filio et Helenae de Zmigrod
eiusdem olim Stephani Humnicki primarum ad praesens vero Generosi Nicolai Wysoczanski
Gladiferi Terrae Sanocensis secundarum nuptiarum Consorti legitimae ad Officium Castrense
Capitaneale Sanocense pro Vadio Summae Millium et Quingentorum florenorum polonicalium

Ad Inscriptionem Terrestr. Premysliensem Roborationis certi Intercisi inter eandem Bo-
bowska ab una et praefatum olim Stephanum Hunnicki parte ab altera ratione certarum
rerum et Conditionum in eodem Intercisa contentarum confecti manibus ipsorum subscripti et
sigillati utriusque praefato firmati. Ratione per ipsos ipsam quidem Wysocka uti Do-
minam Advitalitatem ex Iure gratiosis ipsum vero Hunnicki uti tenorem et onere
praefati olim Parentis sui Successorem ratione non Completionis Conditionis certae videlicet Solutio-
nis Summae Septingentorum florenorum polon. pro Annis Septem videlicet Millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Secundo, Tertio, Quarto, Quinto, Sexto, Septimo et Octavo inclusive provenien-
tium Tum et de eadem Conditione ratione Summae praefatae Lueris denique et per Inceris pro-
cessibus Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus per eandem
Generosam Bobowska in officio Castrensi Sanocensi obtent. olim vero Illustri et Magnifico
Feliciano Grochowski Castellano Premysliensi Actis Castrensibus Capitaneali Sanocensi oblatis
ac per eundem Castellanum Premysliensem continuatis. Ac per Perillustrem et Admodum
Reverendum Stanislaum à Grochowce Grochowski Custodem et Canonicum Sendomiriensem
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarium uti Curatorem eiusdem olim Magnifici Castellani Premysliensis
Parentis sui à Sacra Regia Maiestate assignatum. Sibi Recognoscenti Actis praesentibus Castrensibus Capi-
tanealibus Premysliensibus transfusam praemissa latius obloquentem cum omni praemissorum Iure domi-
nio proprietate competentiaque et praerogativa quanis Summae praemissorum praedictis utilitatibus fru-
ctibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis
generaliter universis Nihil ex praemissis Iuris proprietatis ac minus Competentiae et
praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo
Verum prout praemissa omnia se Recognoscentem concernebant sibique legitime serviebant
tam ex iure et de facto Generoso Stanislao Zakrzewski Generosi Sebastiani Zakrzew-
ski Filio eiusque posteris (Accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti
Satisfactione) Cedit et condescendit Omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa
serviens in personam praedicti Generosi Zakrzewski Cessionarij sui eiusque posterorum

totaliter et

totaliter et plenarie transfert, transfundit et incorporat Per p[rae]dicto Gnoso Zekil-
ski Cessionario suis eiusq[ue] posteros heredes Jus Cessum suum q[ui]b[us] omnia p[rae]-
sentib[us] condescripta cum universis eius utilitatib[us] et emolumentis competentiaq[ue] et p[er]ti-
nentia quaevis tenendi habendi et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi su-
mmas p[rae]dictas tollendi levandi percipiendi de levata et percepta quietandi proce-
dendiq[ue] si non fuerit persoluta processum continuandi et ad debitam executionis finem
perducendi et exequendi, q[ui]b[us] omnia tanquam sua propria ad suos et suorum
successorum quovis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi Ju-
ris originalis ea omnia latius in se complectentis p[rae]sentis Cessionis et transfusionis vigore.

Korniakt Quietatur

Comparens personaliter coram officio Actisq[ue] p[rae]sentib[us] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Gnosus
Petrus Orzanowski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtib[us] Iuribus Iurisdictio-
nib[us]q[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo p[rae]senti suo Iurisdictioni Castrensi
Capitaneali Premislien[si] quo ad hunc actum attinet se cum successorib[us] bonisq[ue] suis generaliter
omnib[us] totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiiciendo palam libere publice ac per
expressum recognovit Quia ipse suo et Nobilis Stanislai Czyszewski prout se asse-
rit Famuli sui pro cuius ratihabitione cavet ac se p[rae]sentibus inscribit actis forma iu-
ris quae plenissima cavet nomine Gnosum Francisci in Bratkowski Korniakt et He-
lizabetham Korniaktowna Virginem olim Gnosi Alexandri Korniakt filiorum Nec
non Subditos eorundem Gnosorum Korniaktow Dmitr Kowal Maxnik Luczka
Tkacz Misko Zolin Luczeyska Kolodziey Kowal totamq[ue] Communitatem virorum
et Subditorum de villa Bebra seu Dabrowa haereditariae eorundem Gnosorum Kor-
niaktow De Causis et actionibus generaliter omnibus et Protestationibus tam Civilibus
quam Criminalibus ad Iudicium quodvis et officium Regi tam Terrestre quam Ca-